cum motionem iudicium praesens citata parti admisit terminum partibus modo praemisso inter causas pallatinatus Lublinensis conservando.

Inter Krzynieckie et Sobieski Appellatio.

Proposuit iudicialiter coram praesenti Capitaneali Castrensi Lublinensi iudicio pars actorea infrascripta contra infrascriptos citatos citatione tenoris talis. Joannes Firley a Dambrowica Lublinensis Capitaneus Vobis nobilibus Christophoro patri nec non Paulo et Christophoro filiis fratribus Krzynieckiemque et nepotibus ex fratre germano succisoribus [illegible] gnosi olim Joannis Krzynieckii quondam notarii Castrensis [illegible] bonorum [illegible] in Krzyniecz consistentium morte illius derelictorum haeredibus de bonis vestris quibus omnibus mandamus vigore regio et nostro ex officio Capitali quatenus coram nobis seu iudicio nostro Capitali Castrensi Lublinensi in terminis nostris iudicialibus Capitalibus Castrensibus Lublinensibus feria secunda post dominicam Misericordia proxime ventura in Castro Lublinensi celebrandis vel iis defficientibus tandem sin proxime venturis post tempus praefixum proximius ibidem celebrandis ad instantiam instigatoris officii nostri Capitalis Castrensis Lublinensis nec non dellatoris eius nobilis Bernardi Sobiesky in Wierzchowiska haeredis actoris iure vincentis personaliter ac peremptorie comparatis quia vos quilibet vestrum pro suo interesse citant ad banniendum et de regno Poloniae dominiisque eidem annexis proscribendum ideo quia vos existentes iure victi et rebelles iudicato satisfacere non vultis nempe rumationem vestram de bonis vestris omnibus in villa Krzyniecz consistentibus per viceregentem nostrum ac ministerialem et nobiles vigore decreti officii nostri Castrensis Capitanealis Lublinensis ex parte actoris officiose expeditam ac in eandem bona introitum in ipsorum actorum lucris per lucris poenis damnis ac vadiis triplicatis ad interesse cuiuslibet eorundem legitime spectantibus sub nobis et bonis vestris omnibus prima in iudicio terrestri Lublinensi ordine per nos tandem ex iure remissionem in officio nostro Castrensi Lublinensi ordine per nos tandem [illegible] dellatoris praefatae summae centum triginta florenorum polonicalium debiti arte per eundem dellatorem olim nobili Joanni Krzynieczky anticessori vestro [illegible]

necessitate illius datorum et accommodatorum non persolutorum processu causae istius taxam in se similis summae continen. lati[us] commissi caren. legitime obten. et p[ro]duct. per submissionem terminum desertum teneris denegasti et non admisistis prout id nobis in terno situm ... probabitur. Citamini itaque ad videndum et audiendum banitionem eandem super vobis et bonis vris. ... atque persona vra per iudicium nostrum decerni ... ad earum iuris communis ... servantiam publicare ... addi et deputari vosque banitos et de regno Poloniae dominiisque eius annexis proscriptos per eum ... pronunciari et proclamari aliaque pro causae huius exigentia sententiari ac in vos animadverti praemissa attentaturi et si de iure venerit iudicialiter responsuri. Datum in Castro Lublinen. feria quarta post festum sacrum Paschae proxima Anno Domini millesimo sexcentesimo decimo.

Factaque eiusmodi propositione sua deducto citat. terno legitimo per statuitionem ... et processu toto in ea causa sua citat. bene et legitime obten. petijt eosdem ad iudicialem responsionem compelli alijs omnibus iuris remedijs salvis sibi conservat.

Ex adverso plenipotens citatorum salva ignorantia asserti processus uti male obten. primitus suis alijsque iuris exceptionibus et deffensis reservat. dixit instigatorem iudicij praesentis causam praesentem in terno ... banitionis ubi criminali promovere non posse absque praesentia dellatoris sui cum id omnino statutum regni inhibeat petens se liberari effici alijs deffensis iuris reservat. et reservandis.

E contra instigator officij praesentis sine suo dellatore causam praesentem promovere posse declaravit, siquidem causa praesens est coniuncta quam ... sine alio expedire potest, igitur petijt citatos ad procedendum cogi reservatis de iure reservandis.

Et iudicium praesens Capitale Castren. Lublinen. controversijs partium actoris per ... Erasmum Witkowsky citat. aut per ... Ioannem ... plenipotentes suos coram se fact. bene diligenterque exauditis et intellectis adinvenit teneri dellorem ... comparere in termino praesenti banitionis. Quam sententiam et decretum praesens actorea pars pro iure non suscepit nec in eo acquiescere voluit verum ab eo et eius eodem magnum ... Firley à Dambrowica Capitaneum Lublin.

ad iudicium ordinarium generale Tribunalis regni Lublinensis proxime celebrandum per ministerialem regni generalem nobilem Stanislaum Zaleski movit terminum ipsis sententia expurgando, sibi vero et parti notionem et causam suam prosequendi inter causas Palatinatus Lublinensis praefigendo.

Quam notionem eadem hoc idem praefata actorea parti admisit terminum partibus modo praemisso inter causas palatinatus Lublinensis observando.

Ubi in continenti coram eodem iudicio providus Stanislaus Ministerialis generalis regni providus Andreas Kurowski de Olbięcin publice recognovit, quia citationem supra insertam feria quinta post festum Pascatos proxime praeterita in curia citatorum villa Krzynice posuit et patrifamilias laborioso Felici ibidem manenti notificavit. Idem Ministerialis recognovit publice, quia correctionem ad solvendum et satisfaciendum pro condemnat[ione] lucri ratione suprascriptorum ordinationem edita sabbato ante festum sacri Pentecostes in anno millesimo sextesimo nono in curia citatorum villa Krzynice posuit et patrifamilias notificavit nobili laborioso Felici ibidem manenti.

Inter Rudnicki et Krzynieckie.
Appellatio.

Proposuit iudicialiter coram praesenti Capitaneali Castrensi Lublinensi iudicio infrascriptus actor contra infranominatos citatos citatione tenoris talis. Joannes Firlej a Dambrowica Lublinensis etc. Capitaneus Vobis nobilibus Christophoro patruo nec non Paulo et Christophoro filiastris Krzynieckim fratri et nepotibus ex fratre germano successoribusque legitimis generosi olim Joannis Krzyniecky quondam Notarij Castrensis Sedzicensis bonorum sortis ipsius in Krzynice consistentium morte illius derelictorum haeredibus de bonis vestris generaliter omnibus mandamus vigore regio et nostro ex officio Capitaneali quatenus coram nobis seu iudicio nostro Capitaneali Castrensi Lublinensi in terminis nostris iudicialibus Capitanealibus Castrensibus Lublinensibus feria secunda post dominicam Misericordiae proxime ventura in Castro Lublinensi celebrandis, his vero deficientibus tandem in proxime venturis post tempus praefixum proximeque ibidem celebrandis ad instantiam instigatoris nostri Capitanealis Castrensis Lublinensis nec non delatoris eius nobilis Valeriani Rudnicky olim Stanislai filij actoris iure vincere